SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA
Italien (?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 165v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



.L.

pruulos nutrit aptos ad uolandum et cibum
querendum et pingues esse conspicit eis cibum
subtrahit et deinde exire compellit Et eos de
cero sue prouidencie delinquit Et hec aqla
per omnia facit Esset igitur corpus nostrum non impinguan-
dum sed in dieta tenendum. Nam et philosophi docuerunt
quod dieta accipitris nec lata nimis debet esse uel
tenuis sed mediocris quia ex lata dieta nimium in-
pinguescit et tunc omnino pigrescit et uocatus
ad manum non redit ex nimis tenuis uiribus
deficit ut uolare uix possit. Unde tales sunt
gallinis augustalibus similes que quia sunt pin-
gues ex habundancie este non redeunt uocate
Apes que cum summa iusticia in omnibus uiuunt illas
apes quas magnam uentrem habere cernunt et que
nimis comedunt a suis alueribus pellunt uel
si possunt occidunt Sicut dicitur in libro de animalibus
viii° ymo Regem ipsum quem maxime diligunt Et pro
quo mori appetunt si nimium uiderint comedentem
occidunt. Dicunt etiam experti quod si homo
eis nimis de melle dimittit ita ut pingues-
cant operari renuunt Sed si parum nimis deficiunt
et ideo medio modo eis dimittunt Aues etiam mul-
te carnis multeque pinguedinis bene uolare
non possunt Unde cignus quod auis est multe car-
nis quietem diligit et raro uolare appetit propter
pondus corporis Similiter non possum ad celum bene uo-
lare homines graues carne. Sed econtra
blafues heroclius coniunxit auis Regia manu gestantis as-
sueta plurimum animosa in carne pauca Sed in pennis
multum alte et uelociter uolat per aera quia ut Gre-
gorius dicit modicum habet de eo quod grauat et mo-
dicum de eo quod ad celestia leuat Uiri enim Macri
et carne remoti et pennis uirtutum ornati non
possunt demonibus capi. Nam yrundo est auis mo-
dice carnis et multe pennositatis Et ideo est tante